

Comment. In Danielem

longè lateque patens animorum inconstans . Rex ille Babylonius qui supplex ad Danielem acceſſerat , in quo verum Deum coluerat , vt in fine capitis superioris explanauimus : nunc vanitatem colit , & superbiā vera gloriā expulericem : cum nullus aditus referatur ad g̃nras letedes mentium beatarum . Ait enim David Psalm. 37. Qui ascendet in montem domini , aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manus , & mundo corde , qui non accepit in vano animam suam . Quæ ultima verba possunt veri ex Hebreo : Qui non exultit in vanitate animam suam . Hic autem vanitatem elatus statuā aurea sibi statuit , vt in ea coleretur , & cultum diuinum numini tribue dum arroganter vſurpare . Detestabilis quidem , & execrabilis veritatis obliuio . Paulo ante propriam fragilitatem & imbecillitatem cognoscens lectoram Danielis protrauerat , verique Dei potentiam predicauerat modo harum rerum oblitus diuinitatem sibi arrogat & vſurpat . Cum exiguum nobis vita curriculum natura circunferat , magna sibi & immortalia , sed vana , atq; inanis spe falsa inducetus pollicetur perpende principum cætitatem , & eorum quos ipse singulari amore prosequitur , adulacionem . Holophernes princeps militia Nabuchodonosorū , non huius , sed alterius , qui multo post regnauit , regre ferē Achioris verba , quibus veri Dei potentiam predicabat , non esse alium Deum dixit , præter re Iudit. 6. g̃e Nabuchodonosorem , vt cap. 6. iudit. Fæc. 13. scriptura commemorat . Delibens Ezechiel capite 28. regis Tyri superbiā : Eleuatum est , inquit , cor tuum , & dixisti : Deus ego sum . Ille aperte dixit ie esse Deum , hic autem statuā sibi poneus collendam , diuinitatem sibi tribui desiderabat . Huic simili fuit Caius Caligula Romanorum Imperator , qui simulachrum sibi fecit : statu , precipiens , vt ab omnibus coleretur , vt ait libro 18. antiquitatū Flavius Iosephus .

¶ Statuā auctam . Ex auro eam confari iusti superbissimus Rex ad maiorem diuinitatum suarum ostentationem , inanē

gloriam , & insolentem vanitatem . Fortasse ideo ira instituit , vt qui eum colere recusaret , saltē colerent aurum ipsum . Aurum quo Rex famulos suos alere debet , pauperes reficere , tēpla vero Deo conſtruere , & regnum suum in pace , & iustitia continere & sustentare , in fabrica da vasta statua suę vanitatis demonstrati ce consumebat . Quærebant gloriam , fed falsam , & inanem . Vera , ac solida gloria est virtus splendor , consentiens laus bonorum , incorrupta vox bene iudicantium de excellente honestate . Huius gloria studio plerique trahunt mortales : nam etiam philosophi in libris quos de contemnda gloria scriperunt , nomen suum literis consignarunt . In eo ipso in quo laudem nobilitatemq; despiciabant , laudari desiderabant . At vera & gravis gloria in falſe & leuis gloria contemptione , ac despiciēti conficitur . Id non intelligens Nabuchodonosor statuā sibi auream statuit , qua ab omnibus sumptuose coleretur . ¶ Altitudine cubitorum sexaginta . Ingens profectō simulachri aurei magnitudo . Cubitus est curvatura brachij , & accipitur pro genere quodā mensurā , quod pro diueritate regionum variam habet longitudinem . Vitruvius libro 3. ait cubi Vitruvi . tum constare ex sex palmis , hoc est digitis vigintiquatuor : palmus enim de quo loquitur , quatuor habet digitos . Idem afferit Petrus Apianus , & post eū Gemma Apian . Phrysius in libro cosmographicō . Sunt Gemma etiam alijs cubiti maiores , authore Herodoto , de quibus fortasse intelligitur hic Danielis locus .

¶ Et statuā eam . Posuit eam in campo magno , vbi ab omnibus videbatur , & coleretur . Sed quid mirum hominem idolorum cultorem id fecisse , cūm Hebrei in lege diuina instruēti aurū suum in statuī idolorum conflandis profundarent . Hoc obiciebat illis Deus iis verbis apud Ofeam capitē secundō . Argentum multiplicauit eis , & aurum , quæ fecerūt Baal . Aſci dicere : Contulit in eos multas opes : at illi multiplicauit argentum & aurum quo eos amplificaueram , in conflandis ac ornauit .